



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Magni Servi Dei P. Julii Mancinelli Societatis Jesu

Cellesi, Jacopo

Oeniponti, 1677

Protestatio Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42734

PROTESTATIO AUCTORIS.

Lector adverte, ut, si quæ in recensendis elogiis ac gestis magni Servi DEI Julii Mancinelli hoc libello complexus fui ultra mores illius ac vitæ Sanctitatem, & populorum erga eundem obsequia superantia vires humanas, quæ miracula videri possint & ad futurorum præfagia, arcanorum manifestationes, revelationes illustrationes quoque modo trahi valeant, Beneficia, quæ ejus intercessionem dicuntur in miseros mortales divinitus collata, nec non ea, quæ nonnullis Sanctimoniam, vel Martyrij appellatione tribui viderentur. Hæc omnia & singula ita tibi propono ut nolim accipi tanquam ab Apostolica sede examinata & approbata, sed ut ea, quæ à sola auctorum suorum fide pondus obtineant; nec ideò aliam quàm humanam historiam sapiant. Quare etiam in hærendo decretis feli. Record. Urbani VIII. cum declarationibus ab eodem editis quoad venerationem & cultum, firmiter testatum volo, me hisce lucubrationibus nolle quidquam venerationis, aut cultus majoris eidem Patri Julio tribuere, vel famam aut opinionem sanctitatis ejusdem augere, nec illius existimationi aliquid adjungere, ullumque gradum facere ad futuram quandoque illius Canonizationem, aut miraculorum comprobationem; sed omnia à me relinqui in eo statu, quem hisce meis lucubrationibus seculis per se obtinerent, non obstante quocumque longissimi temporis cursu hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui S. sedis Apostolicæ obsequentissimus filius haberi cupit, & ab illa in omni sua actione dirigi.

Societatis Jesu Paderbornæ 1679.



INDEX.